

Numitor iam est rēx Albae Longae. Rōmulus et Remus quoque volunt facere novam urbem. Itaque cum amīcīs reveniunt ad flūmen Tiberem. Frātrēs mox inveniunt locum optimum inter septem montēs.

Remus montem, nōmine Aventīnum, videt et inquit, “Urbs erit in hōc locō. Haec urbs erit Remōra et ego erō optimus rēx!”

“Nōn pol!” Rōmulus inquit. “Ego erō rēx, et urbs erit in hōc locō.” Rōmulus alterum montem, nōmine Capitolīnum, indicat.

Amīcī inquirunt, “Necesse est rōgāre deōs!”

Itaque Remus montem Aventīnum ascendit et Rōmulus montem Palatīnum. Ā monte Aventīnō, Remus sex māgnās avēs vīdit.

“Est signum ā deīs!” Remus clāmat et amīcī Remī ad Rōmulum eunt. Sed dum ad Rōmulum veniunt, Romulus subitō duodecim avēs videt.

Amīcī Remī dīcunt eum esse rēgem quod prīmus avēs vīdit, sed amīcī Rōmulī dīcunt eum esse rēgem quod duodecim avēs vīdit. Rōmulus in monte Palatīnō iubet amīcōs facere mūrum. Amīcī fert lapidēs in montem. clāmat, “Nemō mūrum meum trānsībit!”

“Hunc mūrum?” Remus rīdet et super lapidēs salit.

Rōmulus, irātus, Remum interficit et iam est prīmus rēx Rōmae.